



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Lectio libri spiritualis frequentanda, occasiones peccatorum vitandæ, & loca periculosa & cogitationes malæ ipso initio repellendæ, ac tentationibus resistendu[m] modis infra explicandis. Cap. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

omnia pacatè, sine querelis, & sine impatientia supportando, propter Christum maiora pro te passum.

Sabbato, de B. Virgine, considerando potissimum in ea quod nunquam Deum villo peccato contristauit & offendit. *secundo*. Quod omnia opera fecit sanctissimè & perfectissimè. *Tertio*. Quod cum summa ædificatione conuersata est cum omnibus. *Quarto*. Quod ad nullam huius mundi rem habuit affectum inordinatum. Vt tu in his eam imiteris, & facias proposita singulis diebus, Christum & B. Virginem imitandi in his quæ de eis meditaberis.

205. Sic etiam quotidie assuecas examinare conscientiam tuam antequam eas cubitum, genibus flexis, saltem per vnum circiter quadrantem faciendo hæc.

Primo. Gratiarum age Deo pro beneficiis omnibus, tum communibus, (vti sunt creatio, redemptio tui, Christi sanguine & morte peracta, institutio SS. Eucharistiæ & alia) tum pro personalibus tibi concessis, quæ diuersa sunt pro diuersitate personarum. Nominatim verò age Deo gratias, pro patientia quam habuit vel habet tecum, tolerando tot tua peccata, & non puniendo te statim ob illa; pro præseruatione à peccatis, quia plura fecisses si te non præseruasset pro præseruatione tui à multis calamitatibus, morborum, pestilentia, & variorum accidentiam, quibus multi alij exagitati & mortui sunt; item pro beneficiis illius diei inter quæ vnum est, prorogatio tuæ vitæ & sanitatis, facta illo die, item pro beneficio vocationis, quæ te vocat ad Religionem age gratias.

Secundo. Pete à Deo gratiam cognoscendi & vitandi cognita peccata, eo die & aliis commissa.

Tertio. Inspice qua in re offendisti Deum incipiendo à nocte præterita, postea discurrendo per singulas totius diei actiones, an cogitatione, vel verbo, vel opere Deum offenderis.

Quarto. Pese veniam de commissis & agnitis peccatis, dolendo de illis.

Quinto. Propone emendationem, & suo tempore confessionem admissorum peccatorum.

In fine dic Pater noster, & Aue Maria, & pro defunctis Psalmum aliquem, vel Pater noster, & pro existentibus in peccato mortali, vt Deus eos conuertat & saluet, tertium Pater & Aue.

CAPVT DECIMUM SEXTVM.

Lectio libri spiritualis frequentanda, occasiones peccatorum vitanda, & loca periculosa, & cogitationes mala ipso initio repellenda, ac temptationibus resistendum, modis infra explicandis.

206. **S**extus modus faciendi bonum, necessarius ei qui vult ingredi Religionem, est lectio alicuius libri spiritualis, per quam & conseruetur desiderium ingrediendi Religionem, & mundum deserendi, & anima à peccatis arceatur, & inflammetur ad studia virtutis. Tales libri sunt, Thomas de Kempis de imitatione Christi, Platus de bono statu Religiosi: omnia opera spiritualia Ludouici Granatenfis: Omnia opera Francisci Arias, Dionysius Carthusian. de Quatuor nouissimis: Stimulus virtutum Baldesani: Alphabetum Christi & diaboli Ioannis Niese: Vita Sanctorum, præsertim illius Ordinis ad quæ aspiras: Opera omnia spiritualia Ludouici Blosij & his similes, quorum lectio accendit voluntatem ad odium omnis peccati, & ad amorem virtutis. Alij verò libri qui est titulos speciosos præ se ferant rerum spiritualium, sed magis curiositatem alunt, & pascunt solum intellectum, legendi non sunt ab iis, qui volunt se excitare lectione, ad studia pietatis & virtutis. Vt autem hæc lectio prosit, lentè, non festinanter, legendum est, & cum quadam pausa ac quiete, post lectam vnam periodum, considerando, breuiter quidem, sed profundè, quàm verum & necessarium sit id, quod in proxima periodo, vna vel pluribus, legisti, & excitando in te affectum, exequendi illud bonum, quod illa periodus commendat, vel vitandi illud malum, quod illa damnat, & sic perge ad reliqua legenda. Expedi etiam non mutare libros, sed accepto vno, per partes illum absolueri pluribus diebus vel hebdomadis. Et, si fieri potest (poterit autem si volueris) quotidie saltem per quadrantem horæ legas aliquid pij, hoc, vt dictum est, modo. Quod non erit difficile, si illum quadrantem, quem consumis quotidie, in garrindo domi vel extra domum, de rebus non necessariis, dederis piæ lectioni, vel illum, in quo nil agendo, otiaris. Tempus autem bonum pro tali lectione, est illud ante scholas. Item illud post scholas ante cœnam. Immo legendo prophanos auctores, dirige lectionem ad morum tuorum emendationem & perfectionem, vti suadet ethnicus Plutarchus: *Animaduerte*, inquit, non tantum Philosophorum (idem autem iudicium est de historicis, de oratoribus, de Poëtis bonis & honestis) scripta legendo, aut orationibus eorum audiendis, ne sis verbi magis, quàm rebus attentus: neque maiori impetu feraris ad ea, in quibus aliqua subtilitas & curiositas

de cogn. profect.

sa compositio, quam ad ea in quibus medulla & vititas rerum inest. Poemata historiarumque tractans, caue, ne quid eorum omittas inobseruatum, que ad morum correctionem, accommodatè dicta sunt. Sicut enim in floribus versari, Simonides ait, apem, flauum mel meditantem, cum alij colorem eorum, vel odorem, nihil aliud quarant aut percipiant; ita alij, poemata, voluptatis iocique causa versantibus, tu aliquid inueniens, aut colligens seruum, videbis iam consuetudine & amore pulchritudinis, & eorum qua Philosophi sunt propria, horum cognoscendi facultatem tibi parasse. Qui enim Platonis aut Xenophontis libros, propter dictionem, nullaque alia de causa legunt, quam vt Atticam illam munditiem, inter veluti rorem despuent, quid aliud illos dices facere, quam fragrantiam, & floridum medicamenti colorem completi: vim verò expurgandi corporis, aut sedandi doloris, neque nosse neque admittere.

207. Septimus modus faciendi bonum, necessarius volenti ingredi Religionem est, benè se getere circa tentationes mundi, carnis, & dæmonis. Peccatum enim omne, vt ait S. Bonauentura, & nimis quotidiana peccantium experientia demonstrat, originem ducit ex inordinata conuersione ad triplex illud commutabile bonum: diuitias, honores, & corporis voluptates. Ex quo manifestum est, summam omnem salutis nostre in hoc consistere, vt offensiones & lapsus, in triplici hac materia euitentur. Quò autem euitentur, hæc sunt necessaria omnino.

Apolog.
pauper.

208. Primum, vitentur extrinseca incitamenta & occasiones peccatorum. Eæ sunt, aspectus curiosi fœminarum, colloquia & conuersatio cum talibus personis, à quibus expertus es te propelli ad aliquod peccatum, eorum vel exemplo vel sermone: accessus ad talia domicilia, in quibus vel potationibus, vel choreis, vel oculis, vel lusuibus, & similibus, aut sobrietas, aut castitas, aut mansuetudo periclitari solet. Nullus obtinere posse se credat, inquit Abbas Pinufius apud Callianum, vt motus atque affectus, per quos penitenda commissus, de nostris cordibus amputentur, qui non prius ipsas causas atque materias, pro quibus in illa collapsus est crimina, omni spiritus seruore succiderit, vt verbi gratia, si in fornicationem vel adulterium perniciose familiaritate collapsus est, summa festinatione etiam ipsum earum deuiter aspectum: aut certe, si per abundantiam vini epularumq; est nimietate succensus, illicitam ciborum crapulam, summâ districtione castiget. Et rursum, si in periurium, aut furtum, aut homicidium, aut blasphemiam, pecuniarum desiderio atque amore corruptus incurrit, materiam auaritiæ, illetricem suæ deceptionis abscindat. Si in iracundia vitium, superbia passione propellitur, arrogantiæ ipsius fomitem summâ humilitatis virtute conuellat. Et ita, vt vnumquodque peccatum possit extingui, causa atque occasio, per quam vel ob quam admissum est, debet primitus amputari. Sic Christus, inquit S. Ioannes Climacus, hoc ipsum suadens: ab Herode corporaliter fugit, & quidem omnipotens, ad discant improbi & temerarij, non seipos in medias

Coll. 20.
cap. 10.

gr. 26.
col. 10.

tentationes immittere. Et infra: Inuenio Ioseph illum castissimum, ideo beatum dici, quod peccatum caute declinauerit (fugiendo ex illa domo, in qua ab hereta sollicitabatur ad adulterium) non quod se impassibilem ostentaret. Ideo si hospitium habeas, in quo sit quotidiana talis sceleris occasio, statim confer cum tuo Patre spirituali, vt mutatione loci euadas periculum, vel si id fieri nequeat, alio modo tibi ille succentrat. Benè enim monuit Seneca; Quantum possumus à lubrico recedamus: in sico etiam parum fortiter stamus. Et vt aliàs dixi cum S. Cypriano: Lubrica est illa spes, qua inter fomenta peccati se saluari sperat. Nec tantum vitandæ sunt vehementer incitantes ad peccata occasiones eorum, sed minimæ quoque: quia natura nostra fragilis, & ad mala procliuius, leui etiam occasiunculâ allicitur ad grandia mala patanda. Ideò benè dixit Demosthenes: Parua occasiones magnarum rerum cause existunt. Si contemnamus in minimis, inquit S. Chrysostomus, & in maximis facile cademus. Neminem decipiat amor proprius, suadens partus defectus, qui solent esse proximæ occasiones magnorum scelerum, parum esse curandos, quia ab illis (vt supra vidimus in Dauide, à veniali prius curiositate, deuentum ad adulteria & homicidium) fit progressio ad maiora. Vt in stipulam ignis insiliens, inquit S. Ambrosius, inhaeret ac permanens, donec omne quod corripuit absorbat, ita vel exigua scintilla peccati, si quo vitiorum fomite fuerit excitata, incendium grande excitat. Cauenda ergo prima sunt vitia, ne in plura deinde grauiora proferantur. Etenim sicut ij, qui se in luto versant, quo magis voluntantur, eò amplius inquinantur, ita, qui semel se in toto improbitatis asperserit, nisi ab eo velociter exiliat, grauius sibi dedecoris sui cenam per singulos dies ludentis conuersationis obducit. Quocirca pulchrè hoc ipsum sic commendat Cicero: Quæ parua videntur esse delicta, ab his est diligentius declinandum: vt in fidibus aut in tibis, quamuis paulum discrepent, tamen id à sciente animaduerti solet. Sic viuendum est in vita (en quàm piè tradat homo ethnicus præcepta benè viuendi, vt confundantur Christiani, ea non seruantes) ne forte quid discreper: vel multo etiam magis, quò maior & melior actio-num quam sonorum concertus est. Itaque vt in fidibus, muscorum aures, vel minima sentiunt, sic nos, si acres ac diligentes iudices esse volumus, animaduertentesque vitiorum, magna sapè intelligimus ex paruis: ex oculorum obtutu (scilicet, curioso, effœminato, nimis blando, superciliorum aut remissione, aut contradietione, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex recitencia, ex contentione vocis, ex summissione, ex ceteris similibus, facile iudicabimus quid aperte eorum fiat, quid ab officio, naturæque discreper. Quo in genere non est incommodum qualequodque eorum sit, ex aliis iudicare: vt si quid dedecet in illis, vitemus & ipsi. Fit enim nescio quomodo, vt magis in aliis, cernamus, quàm in nobismet ipsis, si quid delinquitur.

epist. 17.
de flagal.
Cletic.

or. ad Le.
ptinem.

li. Reu.
cap. 14.

209.
li. Offi.

liquod
zimon
nos gu
beat
modu
lor.
genti.

210.
aliquis

1.4.44.
 1.17.
 1.11.
 1.12.
 1.13.
 1.14.
 1.15.
 1.16.
 1.17.
 1.18.
 1.19.
 1.20.
 1.21.
 1.22.
 1.23.
 1.24.
 1.25.
 1.26.
 1.27.
 1.28.
 1.29.
 1.30.
 1.31.
 1.32.
 1.33.
 1.34.
 1.35.
 1.36.
 1.37.
 1.38.
 1.39.
 1.40.
 1.41.
 1.42.
 1.43.
 1.44.
 1.45.
 1.46.
 1.47.
 1.48.
 1.49.
 1.50.
 1.51.
 1.52.
 1.53.
 1.54.
 1.55.
 1.56.
 1.57.
 1.58.
 1.59.
 1.60.
 1.61.
 1.62.
 1.63.
 1.64.
 1.65.
 1.66.
 1.67.
 1.68.
 1.69.
 1.70.
 1.71.
 1.72.
 1.73.
 1.74.
 1.75.
 1.76.
 1.77.
 1.78.
 1.79.
 1.80.
 1.81.
 1.82.
 1.83.
 1.84.
 1.85.
 1.86.
 1.87.
 1.88.
 1.89.
 1.90.
 1.91.
 1.92.
 1.93.
 1.94.
 1.95.
 1.96.
 1.97.
 1.98.
 1.99.
 1.100.

aliquis locus & occasio, eò quòd non sit in sua potestate illam declinare, tunc faciendum est id, quòd S. Gertrudem docuit S. Leo Papa, vt instrueri quandam personam pro qua orabat, quòd quandocumque accedere debet, ad aliquem locum vel opus, in quo suspicatur occasionem tentationis, semper dicat vsus: Fiat Domine cor meum & corpus meum immaculatum. Et post perfectum opus, collaudet Dominum pro his, à quibus eum custodiuit. Quæ verba, etsi breuia, cum magno affectu & spe in Deo quæ magnam vim habet, ad impetrandam diuinam protectionem proferenda sunt, saltem mente: & postea patrocinium Beatissimæ Virginis Mariæ, & S. Angeli Custodis, & omnium Sanctorum inuocandum, corde sincero & à peccatis abhorrente.

Tertio, ingruentibus tentationibus internis, per prauas cogitationes se ingerentibus, statim his fortiter resistendum, ne pedem figant, ne minimam consensus partem extorqueant: sed sicut ignis in aliquo incendio vicino domum nostram inuadit, subito validè extinguitur; & sicut serpens aut fera aliqua bestia nos impetens, repente cum quadà ira repellitur, sic primis est cogitationibus prauis generosè reluctandum. Diabolus est quasi canis venaticus, dixit Christus D. S. Brigita, currens ad te cum tentationibus & suggestionibus suis: sed si opposueris ei aliquid durum, quòd dentes sui doleant vel obstupescant, statim refiliat à te, nec nocet tibi. Quid verò est durum? opponendum diabolo, nisi charitas diuina, & obedientia mandatorum Dei: que cum videris diabolus perfectè in te, statim dentes eius, id est conatus eius, & voluntas frustrabitur: quia considerat te omnia contraria magis velle pati, quàm mandatis Dei contraire. Sed si permittetur voluntariè inhaerere menti, cum sua mala suggestione nocebit. Nam vt ait S. Hieron. & S. Hieronius Hispalensis, Diabolus est serpens lubricus, cuius si capiti, id est primæ suggestioni, non resistitur, totus in intima cordis, dum non sentitur, illabitur. Talis res est malitia, ait S. Chryostomus; si cum primum iniunxerit duxerit, non cohibeatur, tanquam ignis arida ligna corripient, sic in immensam assurgit altitudinem. Quòd autem sit primum initium malitiæ, clarè indicat alibi: *Peccatilla*, inquit, si forte immensam materiam corripuerit non ante subsistit, quàm totam depascatur, sic & peccati natura; vbi animi cogitationem aliquam adorta est, nec quisquam est, qui malum restinguat, procedens vterius magis indomita efficitur: qua vtrique ratione complures videas, in omne genus peccatorum, imprudenter prolapsos, quòd flammam initio exorientem non restrinxerint.

Si queras, quomodo sit his resistendum, dum nos infestare tentationes incipiunt? Respondeo his modis. **Primo** noli præbere illis consensum, sed dic, saltem mente: Domine Iesu nolo hoc facere. **Secundo**, Inuoca Deum, vt det tibi gratiam, non consentiendi illi tentationi, & simul commenda te B. V. Mariæ, & tuo Angelo Custodi.

Tertio, Si adhuc durat tentatio, diuerse mentem ab illa cogitatione, & cogita de aliqua alia re diuersa. Si interdiu te inuadit, accipe librum aliquem, lege, vel incipe componere aliquid; si adhuc durat, noli secedere in locum solitarium, quin potius adiunge te alicui bono socio, & loquere cum illo de aliqua re scholastica, vel propone illi aliquod dubium, vel interroga de re aliqua quæ tunc geritur in Regno, verbi gratia, de bello, quis belli successus. Ita enim vno cuncto alterum extrudes: & tunc talis curiositas in interrogandis nouis, non est verbum otiosum, sed acceptum Deo; quia adhibes illam, tanquam instrumentum ad non offendendum Deum, & ad repellendum dæmonem te tentantem.

Quarto, Si adhuc durat tentatio, cogita tibi esse præsentem Deum, magis quàm est tuus Magister vel Pater; sicut ergo eo præsentem & videntem, non faceres illud peccatum, ita non facias, cum fide diuina credas, & credere debeas, vbique in substantia sua esse præsentem SS. Trinitatem, cuncta nostra cernentem. Nam si hominem cum præsentem intuemur, inquit S. Chryostomus: tum ad peccandum tardiores reddimur, sepe autem & seruos modestos subueriti, absurdi nihil admittimus, considera quantam adepturi sumus securitatem, si nos contigerit, Deum assidue in oculis ferre. Quin Seneca, licet ethnicus, putauit bonum remediū ad non peccandum, si quis cogitaret sibi adesse aliquem virum grauem & honestum: Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturus testis assistat. Aliquem habeat animus quem reueretur, cuius auctoritate, etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem, qui sic aliquem vereri potest, vt ad memoriam quoque eius se componat atque ordinet. Qui sic aliquem vereri potest, citò erit verendus. Elige itaque Catonem: si hic videtur tibi nimis rigidus, elige remissioris animi Lucium; elige eum cuius tibi placuit, & visa & oratio: & ipsum ante te serens, & vultum ipsum tibi semper ostende, vel custodem vel exemplum. Et cum citasset Epicuri sententiam: sic fac, tanquam spectet aliquis: subdit: Prodest sine dubio custodem sibi posuisse, & habere quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis iudices. Hoc quidem longè magnificentius est, sic viuere tanquam sub alicuius boni viri ac præsentis semper oculis: sed ego etiam hoc contentus sum, vt sic facias quæcumque facies, tanquam spectet aliquis. Omnia nobis mala solitudo persuaadet. Cum iam profeceris tantum, vt sit tibi etiam tui reuerentia, licebit dimittas pedagogum. Interim te aliquorum (quali spectantium) auctoritate custodi. Et quòd magis nos Christianos mouere debet, ipsi Ethnici tantū habuerunt respectum statuarum, suorum idolorum, vt Epictetus Ethnicus, hoc argumento contra peccantes alios, vsus sit: Dei, inquit statuam atque simulachrum præsentem, non ausis tale aliquid facere, qualia facis. Ipso autem Deo præsentem intrinsecus, & omnia inspiciente & audiente, nõ verecundaris hæc cogitare, hæc agere: O ignare natura tua & diu infeste. Hæc cogitatione Dei vbique præsentis & cuncta clarissimi

hom. 4. in cap. Rom.
 epist. 11.
 1.1.
 1.2.
 1.3.
 1.4.
 1.5.
 1.6.
 1.7.
 1.8.
 1.9.
 1.10.
 1.11.
 1.12.
 1.13.
 1.14.
 1.15.
 1.16.
 1.17.
 1.18.
 1.19.
 1.20.
 1.21.
 1.22.
 1.23.
 1.24.
 1.25.
 1.26.
 1.27.
 1.28.
 1.29.
 1.30.
 1.31.
 1.32.
 1.33.
 1.34.
 1.35.
 1.36.
 1.37.
 1.38.
 1.39.
 1.40.
 1.41.
 1.42.
 1.43.
 1.44.
 1.45.
 1.46.
 1.47.
 1.48.
 1.49.
 1.50.
 1.51.
 1.52.
 1.53.
 1.54.
 1.55.
 1.56.
 1.57.
 1.58.
 1.59.
 1.60.
 1.61.
 1.62.
 1.63.
 1.64.
 1.65.
 1.66.
 1.67.
 1.68.
 1.69.
 1.70.
 1.71.
 1.72.
 1.73.
 1.74.
 1.75.
 1.76.
 1.77.
 1.78.
 1.79.
 1.80.
 1.81.
 1.82.
 1.83.
 1.84.
 1.85.
 1.86.
 1.87.
 1.88.
 1.89.
 1.90.
 1.91.
 1.92.
 1.93.
 1.94.
 1.95.
 1.96.
 1.97.
 1.98.
 1.99.
 1.100.



mè & perspicacissimè videntis môra mœtetræ, quæ S. Ephræm sollicitauerat ad peccatum, compuncti statim resipuit & conuersa est. Vnde & illa, & Ethnici, multos Christianos in die iudicij confundent, quod cogitatione Dei præsentis, immò vnus Catonis, vnus Lælij absentis, imò præsentia statua idololatriæ, abstinerint à peccatis, à quibus Christiani multi non abstinent, etiam si tanquam articulum fidei Catholica credant, verum esse, quod scripsit S. Paulus Apostolus: *Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.*

Hebr. 4.

13.

214.

Quintò prodest etiam durante tentatione adhibere remedium, quod dabat noster S. Senex, P. Bernardinus Realinus Italus, miraculis in vita & post mortem clarissimus, cum quidam iuuenis contra nocturna fœda somnia, ab eo remedium postulasset, tale ei dedit: *Vesperis, inquit, prope cor, ter signa te, signa S. Crucis, & ter dic hæc verba: per Sanctam Virginitatem tuam purissima virgo emunda carnem meam in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti, & transibunt hæc fastidia. Fecit ille, quod iusserat, & propterea illæ molestiæ abcesserunt. Idem ille iuuenis iussit alius, & hoc ipsum illis, Deiparâ deprecante euenit. Et Iosephum Pupinam secularē docuit, vt veniente tentatione hoc diceret: *Iesu Maria, sitis in mea societate: nam si mihi viam monstrabit, saluabitur anima mea.* Et sanè is expertus est, à se multoties his verbis tentationes ingentes esse abactas.*

215.

Sextò prodest etiam suo confessario importunam & diu durantem tentationem, sincerè manifestare. Experientia enim in quamplurimis hoc ostendit, statim eos liberatos à tentationibus diuturnis & molestissimis, quamprimum eas detexerunt suo Patri spirituali. Et in Vitis Sanctorum talium rerum præclara extant exempla. Notum est illud celebre apud Serapionis Abbatis, qui à furti, & gulæ vitio liberatus est; postquam illud diu Abbati suo Theonæ celatum, ei aperuit coram aliis cum multis lachrymis, statim enim demon in specie lampadis accensa, è sinu eius processit, & cellam repleuit odore sulfureo, vt vehementiâ factoris ipsius, vix in ea residere poterimus. Et ipse Serapion tunc iuuenis, in perpetuum postea ab illis tentationibus & lapsibus liber fuit, vt scribit Cassianus. Sic Astion Martyr à turpi cogitatione liberatus est, postquam eam extra confessionem, Epicteto superiori suo aperuit, quo factò, & orante pro eo Epicteto, vidit B. Astion puerum quendam nigrum cum ignea facula de suo sinu egredientem, ac talia sibi dicentem: *Confessio tua Astion, magnas meas hodie contriuit vires, & vna oratio vestra, scilicet Epicteti & Astionis me inermem in omnibus reddidit ac desolatum. Et in Vitis Patrum quidam frater, à cogitationibus fornicationis statim liberabatur, vbi eas aperiebat suo seniori: à quo hæc audiuit: *Non concedas diabolo nec relaxes animum tuum, sed magis, quoties molestus est demon, veni ad me, & increpatus abscedet. Nihil enim sic extadiat demonem fornicatio-**

Coll. lib. cap. 11.

Rosv. p. 215. 216. col. 2.

Libello 5. a. 13.

nis, quomodo si reuolentur stimulationes eius. Et nihil enim sic laesificat, quomodo si abscondantur cogitationes.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Aliaremedia adhibenda contra tentationes.

Septimò prodest ad repellendas tentationes, si dum molestant hominem, valdè se humiliet coram Deo, & humiliationi suæ orationem adiungat. *Quisquis trophæum certaminis de malignis spiritibus reportare concupiscit, inquit B. Laurentius Iustinianus, necesse est, vt duplici armorum genere munitus sit. A sinistris quidem humilitate, à dextris verò oratione se protegat.* Et supra dixerat: *Humilitatem malignorum spirituum innumerabilis exercitus, tanquam flagellum perhorrescit & fugit.* Quando ergo tentaris humilia te coram Deo, reputans te indignum omni bono, & dignum ob peccata tua omni calamitate & pœna, indignū qui aspicias cœlum, qui viuas inter homines, quem terra sustentet: ex altera parte, misericordiam Dei & auxilium implora per merita Domini Iesu, per intercessionem Beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, & per charitatem Dei qua creauit & redemit te, & tot beneficis naturæ & gratiæ ditauit indignum.

216.

Octauò maxime prodest subtrahere internam materiam tentationibus, si illa sint impura. Hæc materia est, saturitas cibi & potus, hinc ille Poëta cecinit: *Sine Cerere & Baccho friget Venus.* Vinum & adolescentia, inquit S. Hieronymus: *dimplex est incendium voluptatis: quid oleum flamma adicimus & quid ardenti corpusculo somenta ignium ministramus?* Ideò Diofcorus Presbyter apud Ruffinum, contra nocturnas pollutiones hoc suadet: *Hi qui in deliciis viuunt, si forte corporis sui agritudo deposcat, ab omnibus qua noxia esse iudicauerit medicus, abstineant: cur non hoc multò magis quis faciat, cui anima & spiritus sanitas expetenda est?* Laborandum est, vt etiam naturalem humorem per multam ieiuniorum abstinentiam, & frequentes orationes doment ac superent fluxumque eius labem orationis & ieiunij continuatione restringat. Sanè si febre correpti ardenti, abstinent à cibis calidis & potui, vt ardor febris minuat, & corpus curetur, quantò magis à similibus cibis & potu abstinendum est, dum anima libidinoso igne ardet? *Febris nostra, inquit S. Ambrosius, luxuria est: Febris nostra libido est.*

217.

ep. 12. ad Eustoch.

1. 4. Vit. P. cap. 10. Pallad.

Laut. c. 68.

Rosv. p. 477. col. 2.

1. 4. in c. 4.

Lucæ. sub finem.

218.

Est etiam alia interna peccatorum materia, peccatum aliquod aliud, permanens in homine, ob quod Deus permittit alterum diuersum peccatum, vt illud sit causa istius, & hoc pœna illius, vt docent Sancti cum sancto Thoma: *Peccatum, inquit S. Gregorius Papa, quod per penitentiam citius non deletur: aut peccatum est, aut causa peccati, simul & pœna peccati. Omne enim quod prius*

1. 2. 9. 87.

a. 2.

hom. 11. in Eccl.

prius